

1559

1607 / 4

27 / 3



ILLVSTRIVM
ET SELECTARVM
IVRIS CONTROVERSI
Quæstionum

Disputatio Secunda

Ex libro Secundo Pandectarum

desumpta:

Quam

D. O. M. A.

Præsidente

Clarissimo & Consultiss. viro, Dn.

HENRICO ANDREA CRA-

NIO, I. V. D. & in Illustrissima IVLIA

Academia Professore Iuris Or-

dinario,

Publicè

In maiori Collegio ICtorum discutiendam proponit

HENRICVS CVNRADVS BVR-

chartz VVestphal,

HELMÆSTADI

Excudebat Iacobus Lucius, Anno 1607.



2





VIRIS CLARISSIMIS, DOCTRINA
& virtute maximè conspicuis:

DNO. THEODORO Gossens/ AR-
chiepiscopalis Iudicij Ervvitensis Iu-
dici dignissimo:

DNO. FRANCISCO MVSCVLO,
eiusdem Iudicij Aduocato, & causarum
aëtori Ordinario, Cognato suo
honorando:

DNO. HADRIANO BURCHARTZ,
Reuerendissimi Padebornensis, Salinarum
VVesterkottensium Præfecto & Iudici dignissimo,
Parenti suo apprimè honorando.

*Hanc à se conscriptam disputationem, vt esset obser-
uantia & amoris testimonium dedicat &
nuncupat.*

Henricus Cunradus Burchartz.





Cum in hoc libro secundo materia Iurisdictionis principem locum obtineat, merito primo quoque loco tractanda. Et cum interpretes in reliquis civilis sapientie partibus aliquid viderent; in hac vero, teste Obrechtio in tract. de Iurisdictione. cap. 1. n. 3. plane cæci fuisse videantur, quis non eius cognitionem summopere necessariam arbitrabitur?

T H E S I S I.

IN ipso igitur limine Iurisdictionis circa eius genus inuestigandum studiosè à Dd. quæri solet; vtrum sit aliqua generalis iurisdictione, quæ sub se comprehendat & imperium omne, tam scilicet merum quàm mixtum, & simplicem iurisdictionem in specie sic dictam? quod licet plures sint iurisperiti acerrimi iudicij Iureconsulti, qui negent: nobis id tamen minus arridet.

¶ I. propter l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. in qua scribit Papin. Magistratus errare, qui cum publici iudicij exercitationem habeant, lege Senatusconsulto delegatam, iurisdictionem suam mandant. Ex quo mihi videtur perspicuum esse, inquit Muscorn. de iurisd. n. 12. merum ipsum imperium tanquam speciem sub iurisdictione proculdubio contineri alioquin sequeretur magistratus non errare si eam mandarent. II. Quia formæ contentæ sub genere inferiori continentur etiam sub genere superiori, vt scitè Arist. in libris Topic. Sed Imperium dicitur esse genus inferius ipsâ iurisdictione. Ergo species quæ sub Imperio continentur, debent haud dubiè sub iurisdictione comprehendi, sed hæc quidem sunt merum & mixtum imperium: Ergo &c. Muscorn. n. 14. III. arg. t. t. ff. & C. de iurisd. vbi passim quædam de mero Imperio insperguntur. Confer etiam l. 7. de offic. procons. vbi qui merum & mixtum imperium habet, plenissimam habere dicitur iurisdictionem, Musco. d. lo. Dn. Vult. 1. l. R. 12. n. 3. Scip. Gentil. de iurisd.

de iurisd. lib. 1. c. 2. ¶ *Dis. Obrecht de iurisd. c. 2. num. 13. 14. & 15.* qui nescio qua ratione distinguat inter iurisdictionem criminalem & civilem ab omni imperio semotam.

2. Hinc quidam confectarium ducunt, concessa simpliciter iurisdictione tam merum; quam mixtum imperium concessum videri; eò quod genus necessario in se contineat species omnes. Quod vti legibus Logicis conformiter docetur: Ita non obest quo minus ex usu iuris frequentiori, hac simplici concessione mixtum imperium tantum concessum esse dicamus.

¶ Licet, inquam, hoc legibus & Logicis & civilibus congruè doceatur *arg. l. 1. §. 1. de legat. prest.* attamen cum eadem vox & generis & speciei vice defungitur, perpetuo verum non est. Mentem itaq; loquentis in primis attendendam puto, *l. Labeo §. 2. de suppell. leg.* De hac ergo si in re presentis vel per expressa verba, vel per apertissimas rationes & indicia (puta si personis in maiori dignitate constitutis concessio fiat:) constet, res omni caret dubio: cum in certis opus coniecturis non sit *l. 96. de R. I. l. 69. de leg. 3.* Sin minus necessario ad eam significationem, quam ex vulgari & frequentiori usu iuris trahit confugiendum *d. l. Labeo. §. 2. de suppell. leg.* Cum itaq; raro in libris nostris vox iurisdictionis, si simpliciter ponatur, merum designet imperium, mixtum tantum concessum intelligi, ipsa iuris ratio euincit. *Facit l. 12. iunct. l. 11. & 6. de off. procons. vbi in l. 12. dicitur generaliter mandari iurisdictionem: attamen eximitur imperium merum in d. l. 11. & d. l. 6.* Neq; id infrequens esse, ex alijs iuris partibus animaduertere licet: sic seruus licet generaliter legatus sit; non tamen is, qui actor est, legatus censetur: si quidem is ad totius siue hæreditatis conseruationem pertineat *l. 37. §. 1. de leg. 1.* sic etiam si generaliter seruitutis verbo contineantur seruitutes omnes etiam quæ sunt in personam, *l. 1. ff. de seruit. l. 1. §. si ususfructus 9. ff. ad L. Fallid.* tamen si ferè usus veterum obtinuit, vt specialiter hoc verbo vocent eam, quæ est seruitus prædij quemadmodum accipitur *in l. 2. l. 4. & passim t. t. ff. de seruit. l. 5. de seru. rust. præd. Don. 11. com. 1. p. 557.* ¶ *Dis. Obrecht. de iurisd. c. 1. n. 40.* qui sub iurisdictione omnino nullum imperium comprehendit, asserit,

asserit, vbi tamen ex hypothese Dd. in nostra castra digredi vide-
tur. *Muscorn. d. loc. n. 25. & seq.*

3. Quod si verò concessioni generalis determinatio ad-
dita fuerit, vtputa si *Omnimoda* concedatur iurisdictionis, hic
quoq; merum venire imperium affirmabimus.

¶ Siquidem qui omnia dixit, nihil exclusum voluit: cui acce-
dit, quod sub iurisdictionis voce genericè accepta comprehenda-
tur merum imperium. Quod licet posita simpliciter voce iurisdictionis
secus sit; attamen addita voce *omnigena, omnimoda seu plenissima*
erit verissimum, probaturq; per *l. si in aliam. 7. §. 2. ibi: cum plenissimam*
iurisdictionem. ff. de offic. procons. vbi proconsul dicitur habere plenif-
simam iurisdictionem, quem præter ciuilem etiam criminalem ha-
buisse patet ex l. 8. 9. & 6. ff. eod. vide Muscor. n. 25. VVes. cons. 29. nu. 1.
& seqq. Borch. tr. Feud. c. 6. n. 35. & seq. ¶ Diss. Obrecht. d. loc. n. 53. vbi
tamen n. 55. itidem præsupposita huius nostri thematis veritate
contrarium tenet. Sed an hac Omnigenâ concessa iurisdictione
Regalia quoq; concessa videantur? Negamus per ea quæ adducit
Andr. Knich. de sublimi & Reg. territ. iur. c. 1. n. 127. & seqq. Obrecht. d.
tr. c. 1. nu. 59. VVes. cons. 27. n. 21. ¶ Diss. teste Obrech. Henning Gæd. 1.
cons. 3. num. 9.

4. Iurisdictionis autem generaliter accepta vel est iurisdic-
tio simplex, vel imperium. Simplex autem, vel lege, vel iure
magistratus competit. Legis concessione competit suspecti
tutoris remotio, arrogatio, adoptio, emancipatio, aliena-
tio rerum immobilium minorum, interpositio decreti de a-
limentis alienandis & similia.

¶ vide *l. 1. §. 11. ad SC. Turpill. (cui aduersari videtur l. 4. de offic.*
eius cui mand. est iurisd. l. 1. §. 3. de suspect. tut.) l. 77. & 123. de R. I. vbi
Hyppolit. de Collib. l. 1. de offic. iuridici. l. 3. de offic. procons. l. 3. & 4. de
adopt. §. præterea Inst. quib. mod. patr. pot. solu. §. minima. Inst. de cap. di-
min. l. 2. de offic. presid. l. 1. §. 2. de offic. eius cui. & c. l. 81. de transact. an
huc etiam tutoris datio pertineat? Omnino I. per l. tuto. 6. §. tuto-
ris datio. ff. de tutel. II. Quia alias opus non fuisset nominatim id
Proconsuli & præsidi concedere, cum maius imperium in provin-
cia omnibus post principem habeant l. 8. de offic. Pracons. l. 4. de offic.

presid. late. & fufe Dn. Præcept. Gædd. ad l. 3. de iurisd. axiom. 2. eleganter quoq; & solide Scipio Gentil. de iurisd. lib. 1. ad orat. D. Marci c. 1. aliter Muscorn. n. 169. qua v. lege & quibus magistratibus hoc ius datum sit vide tit. Inst. de Atil. tut.

5. Iure magistratus quæ competit iurisdictionio, est notio rerum ciuiliu in iure dicundo tantum consistens. Sed cum *Vlpian. d. l. 3. de iurisd.* mixtum imperium definiat, cui insit iurisdictionio; Hinc quidam arbitrati sunt, nullam simplicem iurisdictionem per se subsistere, re & naturâ suâ à mixto imperio distinctam: Sed minus rectè.

¶ *Anton. Fab. 4. coniect. 4.* eum nihil in iurisdictionis doctrina profecturum asserit, qui iurisdictionem hanc cum mixto imperio confundit. Rectè. Nam in abstracto considerata per se & sua energia subsistit, licet ratione obiecti & vsus sapissime cum imperio concurrat, eiusq; vsus maxime elucescit in ijs, quæ officio iudicis sine aliqua coërcitione peraguntur, vt est iudicis dandi licentia. *d. l. 3. de iurisd. l. 12. de off. Procons.* Quin imò per se subsistere ex ipsa *d. l. 3.* probatur, vbi *Vlp.* ait, Iurisdictionem imperio inesse. Siue igitur insit tanquam simplex composito, siue adiunctum subiecto, siue alio quouis modo, tamen seorsim per se considerata definiri debet. Quod igitur passim dicitur, iurisdictionem absq; imperio non consistere *l. ult. de officio eius & c. l. 2. de iurisd.* Id hunc habet sensum, iurisdictionis perexiguam seu penè nullam vim fore, nisi accedat hæc coërcitio, quæ dicitur mixtum imperium, respectu scilicet iurisdictionis, ad quam tuendam data est. Vnde patet mixtum imperium esse tantum adiacens & necessarium adiunctum iurisdictionis contentiosæ, quæ suum effectum non facillè fortiri queat, nisi adsit coërcendi & libera minandi potestas. *Anton. Fab. 4. coniect. 4. Dn. Vult. 1. I. R. 12. n. 4. Duar. 1. disput. 53. Dn. Gædd. ad d. l. 3. axiom. 7. Bart. ad l. 5. col. 2. n. 45. ff. de re iud.* ¶ *Dis. Cuiac. 12. obs. 30. Alciat. 2. parerg. 7. 8. & 10. Obrecht. d. c. 1.* qui eam in toto iure inueniri negat.

6. Merum imperium, definitore *Vlpiano*, est gladij potestas ad animaduertendum in facinorosos homines. Hoc in casu absentia mandari potest. An etiam in casu infirmitatis? Negamus.

S. 1. per

¶ I. per l. 1. de off. eius &c. ubi excipitur tantum casus absentia. Exceptio autem confirmat regulam in casibus non exceptis Dd. ad l. 1. de R. I. II. Quia hinc argumentum à maiori ad minus non valet, nedum à pari arg. l. 6. de pœn. iunct. l. 10. & seq. ff. de off. pref. l. 1. 2. §. 1. de pœn. l. 6. §. 7. de iniust. rupt. test. III. Quia in d. l. 1. cum hac conditione id demandare conceditur, si absens sit. Omnis autem conditio in forma specifica adimplenda est. l. qui heredi. l. Manius de condit. & demonstr. IV. per l. 2. §. 5. de vacat. & excusat mun. ubi eleganter Vlp. ait, corporis infirmitatem eorum munerum excusationem præstare, quæ tantum corpore adimplenda sint; Cæterum quæ consilio prudentis vel patrimonio sufficientis in homines obiri possint: nisi certis & probabilibus causis, non remitti, Muscorn. n. 133. Scip. Gentil. lib. 3. c. 28. pag. 448. V. per constit. criminalem Caroli V. art. 2. ubi Domini terrarum inferioris gradus, i. est, nobiles & similes, qui quasi iure territorij hoc habent imperium, in casu infirmitatis tantum mandare possunt, idq; non nisi cum consensu superioris. ¶ Diss. Obrecht. cap. 5. n. 4. & 22. hoc potissimum argumento quod inualetudo & absentia comparatur l. 2. §. fin. & l. 2. de procurat. l. non solum ff. de excus. tut.

7. Per plurimum sane Doctissimorum virorum authoritas hodie est, Imperium merum hodie iure magistratus competere; adeoq; mandari posse: Quorum utrumq; à recta iuris ratione quam longissime abesse putamus.

¶ Ratio prioris est I. Quia videmus non indistinctè Magistratibus territoriorum nostrorum competere, II. arg. l. 32. C. de appellat. quia nusquam hac in parte ius antiquum correctum inuenitur. Scip. lib. 3. c. 26. Cabot. 2. disp. 7. ¶ Diss. Cuiac. ad l. 131. d. V. S. & ad l. 2. §. Deinde cum ararium. ff. de O. I. Donel. 17. com. 8. ¶ Ratio posterioris: quia nec iure civili nouo, nec iure Canonico aliter cautum hac de re sit. De iure civili nouo argumentum præbet fortissimum Constit. crim. Car. V. art. 1. & 2. Etenim si quidam ex illis, qui iure dominij vel quasi id imperium exercent, substituere & alij eam exercitationem demandare non possunt, sed ipsimet in propria persona præesse tenentur; multò minus ij, qui simplici iure magistratus (non vi magistratus tamen) habent hoc imperium, quales sunt quibus commiserunt potestatem suam domini terrarum. Et rursus
si ijdem

si ijdem tantum in casibus exceptis, regulam apparet esse in contrarium. Agi autem *in d. art. 2.* de illis, qui iure dominij id ius obtinent ex eo colligo, quod inter alia impedimenta iusta enarrat, iuventutem. At iuvenes non solent à dominis terrarum magistratui præfici. *Vid. Scipion. Gent. d. libr. 3. c. 26. in fin. & 19. Zas. ad d. l. 3. n. 27. de iurisd. Vincent. Cabot. d. lo. Niell. disp. feud. 11. th. 1. lit. d.* Ius autem Canonicum hac in parte mutatum non esse eleganter demonstrat *Scip. Gent. d. libr. 3. c. 29. Fachin. 9. contr. 99. Menoch. lib. 1. de arb. ind. quest. 54. Zas. ad d. l. 3. ¶ Dis. Felin. ad c. quod sedem. 10. n. 2. de off. ordin. ibiq₃ gloss. qua allegat c. 46. caus. 2. q. 7.*

8. Cùm in principe tanquam in fonte omnis resideat iurisdictione, hunc causas meri imperij alij posse delegare extra omnem est controuersiam. Utinam adeo certum hunc delegatum vicissim alij has causas subdelegare posse! Quod tamen an obtinere queamus, tentabimus.

¶ I. *per l. unic. C. qui pro sua iurisd. ind. dar. poss.* ubi aiunt Impp. Theod. & Valent. delegatum principis causas sibi commissas, nullo personarum causarumue habito tractatu alijs vicissim subdelegare posse. II. *per l. 5. C. de iudicijs ubi Gothofr.* III. Quia in causa sibi commissa est maior quouis ordinario *l. minor. 12. §. 4. ff. de minor. c. 5. ex de offic. deleg.* Ordinarius autem delegare potest *d. l. unic. IV. per cap. fin. & c. pastoralis. c. si pro debilitate 3. ex. de offic. & potest. ind. deleg.* V. Quia habuit apparitores, assessores instar magistratus & alia singularia *Nou. 60. Cui. 12. obs. 1. Hart. ab Epp. 2. pract. obs. tit. 1. obs. 8. Gent. d. libr. 3. c. 28. Bart. in l. 1. n. 10. de off. eius & in d. l. vn. ¶ Dis. Fach. 1. cont. 47. Menoch. arb. ind. quest. 1. q. 54. Clar. libr. 5. sent. §. si. q. 41. n. 3. Muscor. n. 136. & seq.*

9. Quod vtrum etiam ad Commissarios Camerae Imperialis extendendum sit inter Dn. Mynsingerum & Gailium non conuenit. Magis est vt in hac pugna sub illo militemus.

¶ Licet enim Camera concurrentem cum Imperatore iurisdictionem habeat, eiusq; iudicium dicatur (quo argumento præcipue vtitur Gailius) est tamen ea ordinaria, nec in imperij consortium & societatem assumpta. *Heig. 1. quest. 9. n. 37.* ac proinde
iurif-

iurisdictionis exercitium, salua maiestate Cæsaris, tantum habet. Estq; eius iurisdictionio non tantum limitata, *Ordin. Cam. part. 2. tit. 7.* Sed ne quidem ad integram causam in rebus ad iurisdictionem suam pertinentibus delegare potest, *Heig. d. quest. n. 39.* Quinimò si subdelegatio hoc in casu permissa esset, facultas eligendorum commissariorum partibus adimeretur, quod fieri non debet: idq; tantò minus, cum ipse delegans per se commissarios sine partium consensu dare non possit, *Dn. Myns. 3. obs. 41. Sixtin. ad l. 5. C. de iudic. Rutg. Roland. libr. 3. de commiss. c. 5. ¶ Dis. Geil. 1. obs. 97. n 10*

10. Comites, Barones, Nobiles imperio immediatè subiectos, non solum respectu omnium mediatè sub imperio constitutorum, imò priorum subditorum; sed etiam ciuitatum & vniuersitatum, tam mediatarum, quàm immediatarum priuilegiatam ordinationis siue Austreugarum instantiam non habere dispositum est *part. 2. Ordin. Cam. tit. 5.* Quod si igitur tales personæ delinquant, quæritur, an super causis criminalibus, *So Leibstraffe auff jhnen tragen* / in prima instantia, siue per viam, vt loquuntur, simplicis quærelæ, in Camera conueniri queant? Quod licet plures sint, qui constanter affirmant, vix tamen est, vt his simpliciter calculum adijciamus.

¶ Non solum propter præstantissimorum Ictorum Domini Gailij & Mynsingeri authoritatem, qui in illo laudatissimo Sacro sancti Imperij tribunali potissimam ætatis suæ partem confecerunt; sed etiam, si verum amare volumus, perpetuam eamq; certissimam iuris ciuilis rationem: Etenim merum imperium non nisi vel à principe, vel à lege *Scitouè* tribui posse restatur *Papin. in l. 1. ff. d. off. ei. cui mand. est iurisd.* At vbi, quæso, in tota ordinatione Camera generalis quædam constitutio extat, vbi à statibus imperij nominatim eiusmodi concessio facta sit? Imò etiam si alicubi iurisdictionio concederetur. hac tamen merum imperium non concessum videri *supr. thes. 2. euicimus.* Et sanè cum consuetudo sit optima ll. interpres, *l. 35. de ll.* & nusquam obseruationibus compertum fuerit, controuersiam siue dubitationem quandam ancipitem ea de re inter Camerales extitisse, vel hinc sanè firmissimo præsidio in re præ-

B fenti

senti munimur, cum stylus iudicij pro lege sit, *c. ex literis, de constit. c. 2. de preben. in 6.* & argumentum hinc ductum in iure sit validum. Eberhardus in loco à stylo Curia seu more iudiciorum. Nisi fortè quis dicat expresse hac de re cautum videri *part. 1. Ord. tit. 50. §. Weiter/so sich* vbi cognitio criminum à Cameralibus personis commissorum ad iudicem Cameralem spectat. At cum, quod alicui in specie, siue speciali quadam concessione indulgetur, in genere id videatur prohibitum, quis non potius contrarium hinc eliciat? Quod tantò magis sine vlla hæsitacione dicendum, quod in d. §. Weiter / so sich / iudex Camera hoc in casu non simpliciter in personas Camerales enses stringat; sed eas magistratui istius loci subiugari oporteat. Qua igitur ratione alios eosq; extraneos puniet, qui ne quidem aduersus suos simpliciter gladium vsurpare audeat? Accedit quod in tota ordinatione nihil à statibus imperij sancitum sit, quod ad processum criminalem pertineat, quodq; lites in Camera plerumq; sint immortales, hominibusq; hac ratione occasio ad delinquendum detur, fretis perplexa iudicarij ordinis in Camera Imperiali tela, *Geil. 1. obs. 1. n. 27. & de pac. publ. c. f. in f. Myns. 4. obs. 1. vbi Arnol. de Reyger. Rutg. Ruland. de commiss. p. 1. libr. 2. c. 3. Otth. Melan. in comment. ad process. Cam. Noe Meureri part. 1. c. 4. ¶ Diss. Petr. Frid. Mindan. libr. 1. proces. c. 9. Petr. Danaif. de iure meri imperij Cameralium*, quorum potissimum argumentum in eo est, quod semper Ordin. Camera appellacionis inhibitæ mentionem faciat, unde putant aliud obtinere in prima instantia siue simplici querela, ut loquantur.

II. Non minor est difficultas, an priuilegium fori, quod à laudatissimo Imperatore Friderico in auth. Habita C. Ne filius pro patre : Studiosis tributum est, ad causas criminales quoq; vi dictæ constitutionis pertrahi debeat? Vi dictæ constitutionis id competere negamus: licet alia ratione gladio accingi Rectores academiarum posse non diffiteamur.

¶ Facit huc supra thes. 2. vbi diximus simplici iurisdictionis concessione merum imperium non venire, nisi de mente loquentis per apertissimas rationes constet. Ad hanc non fuisse mentem imperatoris ex occasione legis latæ patet: Voluit enim iniquissimum illud

illud ius repressaliarum tollere. II. Deinde quoties princeps aliquid concedit, non videtur in præiudicium tertij quippiam concedere, nisi specialiter hoc ab eo impetratum sit, *l. 1. §. 16. ff. ne quid in loco publ.* At hinc in præiudicium magistratus illius loci, vbi sita est Academia, ab Imp. aliquid constitutum esset, quod tamen specialiter ab eo impetratum non esset. III. Quia Imp. coniungit Episcopum loci & Rectorem. Episcopus autem sanguine commaculati non debet. IV. Quid quod in criminibus nullum privilegium fori conceditur, cum reatus omnem honorem excludat. *l. 1. C. ubi sen. vel clar. Dn. Vult. ad l. 1. C. de iurisd. n. 127. Den. 10. com. 20. Muscorn. n. 75. & 76. Heig. lib. 2. quest. 11. Sich. ad d. auth. n. 21. Pac. ibid. n. 13. ¶ Diss. Scip. Gent. lib. 3. c. 17. de Iurisd. Clar. §. f. quest. 35. n. 23.* eo potissimum fundamento, quod Imp. plenissime studiosis prospectum voluerit.

12. An autem præscriptione merum Imperium per se absq; territorio acquiri possit, digladiatio Dd. est diutina. De iure non nisi tempore immemoriali præscribi hoc posse asserimus.

¶ Quæ enim specialiter à principe concedi debent (vt est merum imperium *l. 1. de off. eius*) præscribi non possunt, nisi tanto tempore, cuius initij memoria non extat *l. 3. §. 4. ff. de aqua quotid. & estiu.* Quod autem à principe concedi nominatim adhuc debeat de iure supra th. 7. probauimus. Sed cum dico, de iure merum imperium præscribi non posse, aliud vsu & interpretum traditionibus receptum esse intelligo, quod ita demum procedit, si personæ habiles ad præscribendum interueniant, quas appello Principes, Comites, Barones. Priuatus enim si pro magistratu se gerat lege Iulia maiestatis tenetur *l. 3. inf. ad L. Iul. maiest. Obrech. c. 3. nu. 17. & seqq. Myns. 1. obs. 30. Hartm. Pistor. p. 2. quest. 46. n. 22. Ves. consilio 45. n. 36. & 34. Borch. de regalib. c. 1. n. 17. ¶ Diss. Accurs. per l. cohortales. 12. in pr. C. de cohort. lib. 12.*

13. Ordinariam iurisdictionem prorogationem admittere nemo ambigit: Sed quid de mandata sentiendum? Regulariter hanc nequè de iure ciuili, neq; Pontificio prorogari posse, ita verum est, quam quod maximè.

¶ Regulariter dico propterea, quod delegati à principe ad certum tempus dati iurisdictio prorogari possit, nisi nominatim hoc à principe inhibutum sit, *l. 2. §. si & index. ff. de iudic.* Quod tamen non sic intelligendum rectè asserit *Dn. Vult. ad d. l. 1. C. de iurisd. n. 83.* quasi extra hunc casum perpetuò prorogatio in hoc delegato permessa sit, cum iure hoc cautum non inueniatur, & in materia prorogandæ iurisdictio sine lege loqui non liceat. Cur verò iurisdictio delegata regulariter prorogari nequeat, ratio expedita est, quod delegatus ipse iurisdictioem non habeat propriam, vt expressè affirmat *Papin. in d. l. 1. ff. de offic. eius.* & ea, quam accepit limitata est, de qua nusquam lege sit proditum, quod prorogari possit: secus atq; de propria, de qua idè nisi expressè cautum esset, idem dicendum. Facit item quod priuatorum consensu iurisdictio, quæ non est prorogari non possit *l. 3. C. de iurisd. om. iud.* Sed delegati extra causas sibi commissas iurisdictioem nullam habent, *c. G. & P. 40. ext. de off. & potest. iud. deleg. Eleg. Dn. Vult. d. loc. n. 81. & seq. Azo ad l. 1. C. de iurisd. n. 7. Zas. in l. 15. nu. 15. ff. de iurisd.*

¶ *Difs. Don. 17. com. 10.*

Ad tit. 2. 14. Hoc in edictum incidens in simili causa tenetur, non modò ei qui nouo iure læsus, sed omnibus qui quandoq; experiuntur, indistinctè, siuè generaliter aduersus omnes, siue aduersus vnum sit impetratum & statutum.

Quod quisq; iuris in alium.

¶ *I. arg. rubr. & l. 1. pr. l. 3. §. hac pena 2. §. illud quoq; 6. ff. h. t. qui textus generaliter loquuntur II.* Quinimò cum edictum se fundet in æquitate, meritò non tantum ad eum qui læsus; sed ad alium quemuis aduersarium extendendum: aliàs enim delictum sæpissimè maneret impunitum. *Oldendorp. class. 1. act. 1. sect. 4. VVes. hic*

¶ *Difs. Glossa ad l. 1. verb. aduersario & ad d. l. 3. verb. quandocunq; & ibi Dd. † Mouentur, Quod res inter alios acta vel iudicata alijs non nocere debeat, tot. tit. C. quib. res iud. non noc.* ¶ An detur hæc actio aduersus Doctorem de iure respondentem? *vide Oldend. d. act. 1. n. pen. per l. 1. C. de profess. & Medic. l. 2. h. t.*

Ad tit. 4. 15. Circa citationem id primùm inquirere fortassis non inutile, an citatus ad vnam eamq; certam causam cogatur etiam

de in ius vocando.

etiam respondere de alia, ad quam citatus non est? Negativa opinio præiudicij Camerae confirmata magis amica.

¶ Duo namq; sunt auctore Baldo in l. 9. C. de his quibus ut indignis &c. citationis fines: Comparitio & præparanda defensio: quorum prior quamvis in præsentia deficiat, at posterior tamen superest, vid. Wesenb. in par. h. t. n. 13. I. probatur l. 5. in pr. ff. quod vi aut clam, vbi actus denuntiantis de nuntiationi respondere debet. III. per l. 2. §. 3. de iudic. vbi ei qui prouocauit aliquo in loco, si conueniatur intra tempora prouocationis de alia causa, ius renouandi domum conceditur: additur ratio, quoniam ob aliam causam venerit. Iason in l. 1. n. 12. ff. de in ius vocan. Bald. in l. 4. n. 13. C. de accusat. Myns. 6. obs. 16. n. 4. ¶ Diss. Geil. 1. obs. 51. n. 7. Dn. Vult. 2. I. R. 28. n. 19. per hoc potissimum, quod citationis finis sit comparitio, eum igitur qui præsens sit frustra citari.

16. Citationem terminum comparitionis continere debere exiguae admodum est dubitationis: Maioris, an dies assignationis termini in terminum computetur? Quod cum Dn. Mynsingero negamus.

¶ arg. l. 1. ff. si quis caut. in iud. sistendi &c. l. 41. de verb. ob. l. vbi 101. de R. I. item argt. c. 1. de restit. spol. in 6. Nec enim iudex adeo coarctabit iurisdictionem c. consuluit 24. de off. & potest. iud. del. adde c. 1. de except. in 6. vbi exceptio maioris excommunicationis intra octo dies (die in quo proponitur minimè computato) probari debet. Iunge Non. 23. c. 1. Ias. in d. l. 1. n. 20. Guido Papa decis. 270. ¶ Diss. Cornens cons. 279. n. 4. vol. 4. Bald. & alij quam plurimi ad d. l. 1. per l. 3. §. 3. de minor. vbi tempus computatur de momento in momentum item arg. l. 8. de his qui not. infam. & l. Celsus pr. de arbitr. ¶ Distinguit spiritu admodum ductus subtili P. Friderus Mindan. 2. de process. 18. n. 6. Mouetur arg. l. 1. §. 5. ff. quand. appell. auth. hodiè C. de appell. l. 24. C. eod.

17. Citatio facta die festo, diuinæ maiestati dedicata, quamvis ad diem non festum fiat, nullius tamen est roboris, ac proinde citatum haut arctat ad comparendum.

¶ per l. f. C. de ferijs. ibi: prætoris vox horrida conquiescat. &c. c. 1. & ult. extr. de ferijs. adde arg. c. 1. & 3. de foro compet. in 6. item arg.

o. 11. de probat. c. 8. de maior. & obed. §. f. Inst. de pena tem. litig. ex quibus apparet, quod citatio sit de processu. At processus tali die habitus est nullius momenti l. 1. ff. de ferijs. c. 1. de re iud. l. 2. C. de ferijs. Myns. 1. obs. 77. in f. Licet prædictam citationem de stylo Camerae legitimam esse fateatur. V. Bart. in tr. de citat. vers. sexto quaro fol. (mihi) 360. ¶ Dis. Geil. 1. obs. 53. n. 5. cum citatio non sit actus iudicialis, nec ullam causæ cognitionem requirat, adeoq; etiam domi fieri possit. V. l. 11. §. 6. de adult. Menoch. 1. A. I. quest. 30. nu. 14. Guid. Pap. q. 215.

18. Citatus non solum cum dubium est, an citantis iurisdictio sit competens nec ne; sed etiam ubi certum est nullam eius esse iurisditionem, venire tenetur, & incompetentiam suam allegare.

¶ Tota enim illa distinctio Geily d. obs. 48. n. 8. & Myns. 6. obs. 7. n. 7. inter casum certum & incertum facile eneruatur per l. 5. ff. de iud. ubi legatus in ius vocatus apud prætorem priuilegium suum allegare cogitur, quem tamen certum est à prætore conueniri non posse, l. 2. §. 3. & 4. l. 8. l. 25. ff. de iudic. imò ne quidem respectu prætoris hic aliqua subesse potest incertitudo: cum enim quilibet iura scire debeat, an non vel maxime prætor? adde l. 2. si quis in ius voc. non ier. l. 53. §. 3. de re iud. Quod tamen cum hoc temperamento accipiendum, si citans aliàs regulariter in illo territorio iurisditionem habeat, citatus autem ratione alicuius priuilegij vel primæ instantiæ sit exemptus, ut legatus, qui Romæ, ubi alioquin Prætor iurisditionem habet, in ius vocari potest d. l. 5. tametsi priuilegium reuocandi domum habeat. Cæterum si territoria planè sint distincta, & citans in territorio citati nullam omnino iurisditionem habeat, impune non paretur. l. f. de iurisd. paulò aliter Duar. c. 6. de in ius voc.

19. An ut patroni vxor, sic etiam nouerca sine veniæ impetratione in ius vocari nequeat? Nequit.

¶ arg. l. 1. C. b. t. l. 8. ff. de senat. l. 1. §. f. de iniur. l. 10. §. f. l. 13. h. t. l. mulieres 13. C. de dignit. Petrus Gilken. ad d. l. 1. C. b. t. n. 7. ubi etiam Alexand. n. 2. Iason. n. 1. Cacher. decis. 31. per totum. Conf. Geil. libr. 1. de pace publ. c. 6. n. 23. 24. & ibid. alleg. ¶ Dis. A. citat. ad d. l. 1. n. 11. & alij

lij plures, qui mouentur. *arg. l. si nondum. 3. l. de his 11. C. de furt. l. 3. C. de crimin. expil. her. l. f. C. vi bon. rap. l. 3. C. ad L. Cornel. de fals. iunct. l. 5. C. de dolo. l. 5. C. de fals.*

20. In hac materia illa quoq; prodit hæsitatio: Si lis sit notoria & manifesta eius iniquitas appareat, an adhuc opus sit citatione? Quod ex communi Dd. sententia negandum videtur.

¶ Maximè canonum iure. *c. 23. §. porrò excessus. extr. de elect. & el. potest. c. 21. de iureiur. c. 8. de cohabit. cler. & mulier. c. 15. caus. 2. q. 1. c. 5. vers. præterea de appell. textus est in l. 7. de accus. Myns. 6. obs. 6. n. 7. Geil. 1. obs. 77. inf. Idem 1. obs. 22. n. 3. Menoch. 1. arb. iud. quest. 17. n. 15. Maranta. p. 6. tit. de citat. n. 37.* ¶ Diss. ab hac opinione idem *Geil. 1. obs. 48. n. 1. & 2. pro ut eum allegat Trentl. p. 1. D. 4. th. 8.* & sic sibi quodammodo esset contrarius in *d. obs. 77. inf. & obs. 22. n. 3.* Mouentur affirm. *defen. arg. l. 47. de re iud. l. 39. de adopt. c. 11. de probat. c. 2. de sent. & re iud. item arg. c. 1. de causa poss. & propr. c. caueant. 3. q. 9.* † Et si verum fateri licet, quomodo poterit constare reo non citato nullam competere defensionem aut excusationem, cum reo fortassis defensiones competant, quæ vel factum excusare, vel ad minimum causam suam fauorabilem reddere, vel panam mitigare possint? *V. clar. §. f. q. 9. vers. quero.*

21. Relaxationem iuramenti de non vindicando carcere, vulgò *Geschworne Orpfed* ad effectum agendi in Camera impetrari posse cautum est *Ordin. part. 2. tit. 24.* sed an ad huiusmodi absolutionem partis aduersæ citatione opus sit? Negantibus subscribimus.

¶ Quia non agitur de vilo partis aduersæ in huiusmodi relaxationis actu præiudicio vel periculo; sed omnia ipsi iura salua & illæsa remanent ad se defendendum, tolliturq; duntaxat iuris iurandi impedimentum, vt petens hanc absolutionem liberè ius suum deducere queat, nec à limine iudicij propter periurium repellatur *Myns. 6. obs. 84.* Præiudicium autem nullum generari, cuius magnoperè habenda sit ratio hinc patet: quia si impetrans probetur turpitudinem contractus vel rei indignitatem, licet de quocunq; grauamine agatur; tamen iustum erit semper quod actum est rescindi:

rescindi: Sin minus, non poterit sanè absolutio iuramenti rei gesta veritatem immutare. *Fachin. 8. contr. 62. Couar. 1. var. res. 4. nu. 6. Tiraq. in tract. Res inter alios acta. limit. 30. Afflict. decis. 220. n. 10. Nat- ta conf. 167. ¶ Diss. Geil. 1. obs. 22. n. 1. 2. & seqq. Guid. Papa. quest. 225. Alex. conf. 222. n. 8. lib. 2. † Mouentur quòd causæ cognitionem hæc habilitatio contineat c. quanto, de iurei. quæ sine partis aduersæ præ- sentia expediri nequeat l. in causa 13. pr. ibi: Causa enim cognita. ff. de minor.*

22. Absolutionem a. hanc à iuramento non solum per- sonis ecclesiasticis; sed etiam Imperatori, principibus alijs- què iudicibus secularibus competere, ipsa veritas vt fatea- mur, nos cogit.

¶ Quod expressè dispositum est tum in Ordin. Camera d. p. 2. tit. 24. Non Relaxation der Eydel ic. tum iure ciuili l. f. de re mil. l. adi- gere 6. §. f. de iure patron. l. 1. C. qui milit. poss. vel non lib. 12. l. f. ff. ad municip. l. f. ff. qui satisfacere cog. *Duar. ad tit. C. si aduersus vendit. Vnde principe bannito, Imperator solet eius subditis relaxare iuramen- tum fidelitatis, quo ante bannum astricti erant bannito Myns. 3. obs. 99. Conf. eund. 2. obs. 57. & 1. obs. 25. Geil. 1. obs. 25. n. 1. 2. & 3. Guid. Papa decis. 178. n. 3. & decis. 194. ¶ Diss. ferè omnes Canonistæ, im- primis autem Prosp. Farrinac. in prax. crim. 1. q. 8. n. 143. & Couar. 1. var. resol. 4. n. 5. Fachin. 3. contr. 13. Hart. Hartm. 25. obs. 5. Magen- horst. ad ordinat. Cam. p. 2. tit. 24. ad rubric. vers. item iste titulus. per c. 13. de indic. c. 34. de elect. c. 26. de iurerur.*

Ad tit. 8. qui satisd. cogan. 23. De Satisfactione inter Interpp. non conuenit; an quemadmodum fideiussoribus rectè expeditur: sic etiam per pignora fiat? Facimus cum ijs qui pignora frustra adhiberi contendunt.

¶ Ait enim Caius in l. 1. ff. h. t. ita satisfacere nos dici aduer- sario nostro, si securum eum faciamus datis fideiussoribus: quæ verba ablatiuum absolutum designant, qui in conditionem seu ne- cessitatem resoluitur *Don. 14. com. 29. p. 327. II. Deinde in l. 4. §. 8. de fideicom. libert. Vlp. Satisfactionem & pignora tanquam diuersas cautionis species opponit, vt etiam in l. 1. §. 9. de collat. Dn. Goedd. de contrab. & com. stip. c. 5. n. 298. Don. ad l. 5. §. satis acceptio. ff. de V. Obl.*

& 10.

¶ 10. com. 14. Geil. 2. obs. 47. n. 3. 4. ¶ Dis. Gloß. in d. l. 1. verb. fideiussoribus. Ioan. Fab. in §. sin autem, Inst. de satisdat. VVes. in par. hien. 7. per l. 21. ff. de constit. pecun.

24. An ex causa criminali reus sub conditione fideiussoria è vinculis dimitti possit? Communiter interpp. hac distinctione se expediunt, vt si pecuniaria pœna imponenda sit, dimitti possit; cæterùm si capitalis non utiq;. A quibus hoc in casu diuortium facimus, maximè si crimen nondum euidenter probatum sit: Tum enim discretioni iudicis committendum putamus, an relaxari reus debeat, nec ne.

¶ Imitati Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. quest. cas. 303. nu. 15. vbi bene hoc deducit ex l. 1. ff. de custod. & exhibit. reor. quâ iudici tributum est arbitrium, vel retinendi reum criminis, vel sub fideiussione relaxandi, obseruatâ personæ qualitate ac etiam delicti. II. Suffragatur etiam l. 2. ff. eod. vbi seruus de capitali crimine publicorum iudiciorum dato fideiussore vel domino vel extraneo relaxari potest, quantò magis igitur liber homo! adde l. 3. eod. c. cum homo 23. q. 5. ¶ Dis. Dd. communiter Clar. §. f. q. 46 n. 7. Couar. 2. var. resol. 8. n. 8. moti, quòd nemo membrorum suorum sit dominus, adeoq; se ad pœnam obligare nequeat: à qua sententia fortassis in iudicando non recedendum Menoch. d. loco n. 22.

25. Dilationem in causis ciuilibus regulariter nisi semel *Ad tit. 12. de ferijs & dilat.* competere iuris est manifesti. Hinc quæsitum est, an dilationis tempus à lege definitum sine causæ cognitione à iudice prorogari vel coarctari possit? Negatiuam contra communem defendemus.

¶ per text. in l. interuallum 69. de iudic. authen. qui semel. C. quomodo & quando index & c. l. 1. C. de dilat. vbi dicitur ità demum eam extendi posse, si rerum vrgentissima ratio flagitauerit, & necessitas desideratæ instructionis exegerit, quæ sanè cognitione opus habent, Menoch. 2. arbitr. iud. q. casu 52. n. 6. & seqq. Hackel. dlsp. 4. th. 23. Petrus Gilken. ad rubr. C. de dilat. n. 20. cum mult. seqq. ¶ Dis. Specul. tit. de citat. §. nunc de temporum. in f. & §. f. in f. per textum in c. quoad consultationem 15. de sent. & re iud. Maranta p. 6. de dilat. n. 15. & 16. quæ sententia hodie in Camera obseruatur Geil. 1. obs. 91. n. 13.

C

26. Ex

26. Ex iustissima tamen causa dilatio secunda & tertia quoq; concedi potest, maximè si inopinatum aliquod emergat. Quarta verò si petatur, non debet concedi sine solennitate legali, quæ consistit in iuramento à petente, & mandatum speciale, si procurator sit, habente, præstito, nihil scilicet malitiosè peti. Hanc qui impetrauit si obierit, eius hæredi nouam (non tamen quartam vel quintam) dari sine iuramento debere arbitramur.

¶ Finis enim huius iuramenti est, vt cesset suspicio protelationis seu circumductionis litium, quæ præsumptio cessat in hærede, Sixtin. *ad d. l. 1. C. de dilat.* Etsi autem quinta dilatio nullatenus concedi potest, tamen si causæ releuantes allegentur, prorogatio quartæ dilationis rectè conceditur, cum eadem tamen solennitate interueniente, quæ in ipsa quarta dilatione requiritur. *Sixtin. d. lo. Myns. 1. obs. 72. Geil. 1. obs. 91. n. 16. & seq.*

*Ad tit. 13.
de Edendo.*

27. De libello potissimùm quæritur: An post litem contestatam in eodem iudicio tam mutationi, quam emendationi sit obnoxius? Quod licet communis schola neget, tamen sententiæ affirmatiuæ patrociniabimur.

¶ *S. sin minus. 34. Inst. de action. l. 4. S. si detracta 3. ff. de noxal. act. l. 18. S. f. de vi & vi arm.* vbi qui fundum vindicauit ab eo, cum quo interdicto vnde vi potuit experiri, pendente iudicio nihilominus interdicto rectè agit. *arg. l. 3. C. de edendo, vbi eleg. Don. n. 17. & seq. Ves. ad d. S. 34. de act. Obrecht. de formand. & concip. libell. c. 20. n. 37. & seqq. Myns. Resp. 57. n. 6. 7. 8. & resp. 100. n. 13. Idem ad d. S. sin minus 34. n. 6. 16. 17. P. Frid. Mind. 3. de process. c. 5. n. 3.* ¶ Diss. communiter Dd. qui emendationi tantum post litem contestatam locum faciunt. *Geil. 1. obs. 51. n. 9. & obs. 74. n. 4. & seqq. Alciat. ad d. l. 3. n. 61. & seq. Balong. ibid. n. 6. Schneid. ad d. S. 34. de act.* ¶ Alij ne quidem emendationem post litem contestatam admittunt, quos vide apud *Gilk. ad d. l. 3.*

*Ad tit. 14.
de Pactis.*

28. Pacta, quæ interponuntur circa successionem alicuius, iure ciuili inualida & nullius momenti sunt. Quidam tamen robur consuetudine huiusmodi pactis accedere posse putant.

putant. Quorum sententiam ita probamus, vt tamen eiusmodi pactum mutationi sit obnoxium.

¶ Debet enim consuetudo esse rationabilis *c. f. ubi gloss. de consuet.* Pactum autem hoc omni ratione caret: cum sit contra bonos mores *l. 63. de V. O.* & auferat liberam testandi facultatem, quod fieri non debet *l. 15. C. de pact.* Morum autem turpitudine in eo consistit, quia hac ratione liberi non meritis, sed pactionibus ad paterna obsequia & successionem prouocarentur *l. 35. C. de inoff. testam.* nec possent metu exhæredationis in officio contineri *l. 17. §. 3. de adopt.* Tiraq. in tract. de primog. quest. 7. n. 7. Thesaur. decis. pedem. 225. n. 13. Aluarott. in c. filij. si de feudo defuncti contr. fuer. n. 3. Wesemb. 2. conf. 71. n. 24. & 40. Petr. Gilk. ad l. 15. n. 3. & seqq. C. de pact. ¶ Dis. Georg. Natan de pact. success. n. 9. Petr. Heig. 1. quest. 23. Aurpach. lib. 2. sing. alleg. c. 21.

29. Iure tamen Canonico pacta interposita de non succedendo, si sint iuramento confirmata, firma & rata sunt. An verò etiam iurata pacta admittat, quæ sunt de successione acquirenda, non immeritò quis ambigit. Hoc in casu tantam vim iuramento non esse tributam asserimus.

¶ Nam etsi hoc iure summa vis est iuramenti, vt toties obliget, quoties sine detrimento æternæ salutis obseruari potest, nec lædit ius alterius *c. licet de iureiur. libr. 6. c. cum contingat extr. eod. c. quamuis de pact. libr. 6.* attamen cum comites illius esse debeant **V E R I T A S, I V S T I T I A & I V D I C I V M** *c. etsi Christus, de iureiur.* naturalis turpitudine & peccati suspicio, quæ ex malis oritur moribus, & omnis mali radice auaritia, vim eius hoc in casu sistit & impedit *dd. cc. c. 1. & 3. ex. de sent. & re iud. c. non est obligatorium de reg. iur. in 6. c. quinta vallis de iureiur.* cum semper sublit votum captandæ mortis alienæ, bonisq; alienis inhiandi studium & rapacitas *l. 15. C. de pact. Dn. Gædd. ad l. 3. de verb. sig. n. 38. & in tract. de contrah. stipul. c. 6. n. 106. Fachin. 2. contr. 101. & 8. contr. 72. Hart. Pist. lib. 2. quest. 25. Borch. tr. de pact. c. 5. n. 66.* ¶ Dis. Bald. in c. 1. §. moribus. si de feud. defunct. fuer. contr. int. dom. & agn. Decius conf. 516. n. 5. Cranetta conf. 139. n. 8. Conar. in d. c. quamuis in init. relect. par. 3. n. 2. Mouentur supradictis cc.

quòd iuramentum scilicet toties sit seruandum, quoties sine dispendio salutis æternæ seruari potest.

30. Quod si igitur filia accepta dote ità paternæ successioni renuntiauerit, Vtrumnè hoc pactum filijs eius noceat, si parentibus & cæteris superstitionibus filia decedat? In quaestione hac valdè ardua & difficili verius esse putamus, ne tale pactum noceat. Ideoq; liberi prædefunctæ filia cum auunculis suis, ad delatam hæreditatem venient admittendi.

¶ *Maranta disp. 10. n. 8. & seqq. Tiraq. de iur. primog. quest. 40. n. 113. Couar. tom. 1. p. 3. relect. ad c. quamuis. de pact. in a. §. 2. n. 4. & §. 3. n. 10. Ves. p. 1. conf. 11. n. 14. Gothofred. ad l. 3. de collat. arg. l. si quis filio. 6. in pr. ff. de iniust. rupt. l. si quis postumus §. filium ff. de lib. & posth. Ad datur elegans illa ratio, quòd nimirum filia ità renuntiasse præsumatur, si successio ei fuerit delata, tacita autem hac conditione deficiente, renuntiatio pro non facta habeatur arg. l. 14. de nouat. vide quoq; Annæum Robert. rer. ind. cur. Paris. lib. 2. c. 5. ¶ Dis. Passim Dd. quos refert Maranta d. lo.*

31. In hac quoq; pactorum materia, res certè difficultatis est plena: An pacta in continenti stricti iuris iudicijs adiecta perindè his insint ex parte actoris, atq; si adijciantur ijs, quæ sunt bonæfidei? Hic Dn. Gœddeum id indistinctè affirmantem sequemur.

¶ *Moti 1. arg. l. 4. §. f. de pact. ubi Paulus ait, conditionem siuè pactum debere stipulationi tacitè inesse, atq; si expressum fuisset. Iam verò si in ipsa stipulatione expressum fuisset, nullum dubium quin ex parte actoris inesset l. 52. l. 134. §. 1. l. 135. pr. de verb. oblig. Probatum item l. 1. §. 3. ibi: cum adijcit de V. O. l. 29. pr. ff. eod. l. 13. comm. præd. l. frumonti 12. l. 32. de usur. Cont. lib. 1. disp. c. f. in f. Conan. 5. com. 2. Duar. in l. 7. §. quinimò Zas. in l. lecta 40. de reb. cred. n. 34. Dn. Gœdd. de contr. & committ. stipul. c. 8. num. 47. & seqq. Fach. 2. contr. 99. ¶ Dis. Cuiac. in l. 7. §. quinimò ff. h. t. & 10. obs. 24. Idem tract. 8. ad Afric. in explic. l. 24. de præsc. verb. Don. ad l. 13. C. de pact. Borch. de pact. c. 6. n. 53. Mouentur text. d. l. lecta 40. de Reb. cred.]*

32. Ex his pactis ita in continenti adiectis non actionem præscriptis verbis; sed eam, quæ ex principali contractu proficiscitur, dari asserimus.

¶ Fuit olim hac de re controuersia inter Sabinianos & Proculianos. Hi enim dabant actionem præscriptis verbis *l. 12. de præscr. verb.* illi actionem ex principali contractu *l. 6. de rescind. vend.* quorum sententiam Impp. sunt amplexi *l. 4. ff. de lege commiss. ibi:* Sed iam decisa est quæstio, &c. *l. 16. de in diem ad dict. arg. l. 2. & 3. de præscript. verb. iunct. l. 6. §. 1. de act. empt. l. 79. de contr. emp. Alciat. 5. paradox. c. 1. Conan. 5. com. 2. Costal. in l. 1. h. t. Cuiac. ad l. 7. h. t. Borch. de pact: 6. 6. n. 55. quæ sententia etiam in Camera recepta teste Mynsing. 6. obs. 69. ¶ Diss. Bart. in d. l. 7. §. quinimò n. 2. & ibid. Duar. ff. h. t. Sichard. in l. pacta quæ 6. C. eod. Fachin. 2. contr. 98. Nituntur arg. d. l. 12. de præscript. verb. l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. l. 6. de resc. vend. l. 50. de contr. empt. l. 13. C. de pact.*

33. Rescribunt Impp. Dioclet. & Maxim. in l. 18. C. h. t. Ad tit. 15. Transgigere vel pacisci de crimine capitali, excepto adultere ^{de Trans-} act.
rio, licere: In reliquis autem criminibus, quæ sanguinis poenam non ingerunt, pacisci non licere citrà falsi accusationem. Quæritur igitur, an crimen falsi hîc excipiatur; an verò sic loci huius interpretatio facienda, vt nemo de his criminibus transgigere queat, quin incidat in poenam S. Cti Turpilliani? Posterius affirmo.

¶ Vera huius rei interpretatio dependet à particula *Citrà* quam multi exceptionem hoc in loco significare aiunt. Quæ interpretatio vt aliquando huic voci conuenire possit, ita maximè hîc obseruandum, quid in vsu Ictis significet, & quæ magis apta expositio huic loco conueniat. Accipitur autem in vsu iuris non pro *Præter* sed pro *Sine*: Sic enim hæc particula accipitur à Papin. in l. f. de publ. ind. & l. f. de in diem add. itemq; *Vlp. in l. 31. ff. pro socio.* Deniq; ab ipsis etiam Impp. Dioclet. & Maxim. in l. si ex pretio 6. C. si cert. pet. l. 19. C. de procur. l. 24. C. de rei vind. l. 15. C. de iure dot. vt certior aliunde eius rei interpretatio haberi nequeat. II. Sed nec alia huic loco significatio conuenire potest: Si enim crimen falsi exceptum esset, necessariò sub regula comprehenderetur, si

exceptum non fuisset. At comprehendi nequit, cum interdum sit capitale & sanguinis pœnam foueat *l. 22. C. ad L. Cornel. de fals. Conf. l. 1. §. 10. l. 5. ad SC. Turpill. l. 5. C. eod. Alciat. in d. l. 18. Hotom. illustr. quest. 23. Don. ad d. l. 18. Ant. Fab. 2. con. 20. ¶ Diss. Dd. com. eosq; secutus Cuiacius 6. obs. 11. & 19. obs. pen. Fach. 1. contr. 9.*

34. Numerum claudat nobilis illa, & quæ Imperatoriâ decisione indiget quæstio: An *l. 2. C. de Resc. vend.* locum habeat in transactione? Licet nobis ferè hic aqua hæreat, cum propter textus vtrinq; nutantes; tum pugnantes Dd. opiniones: proniores tamen sumus in negatiuam, secundum quàm sæpius etiam in supremo sacri Imperij tribunali iudicatum.

¶ Contrariâ sententiâ admisâ, inquit Ant. Fab. *decad. 8. err. 10. de error. pragm.* quid dici potest non dicam absurdus, sed toti etiam Reipublicæ perniciosus? I. Reipublicæ siquidem interest, lites, quæ indies ferè singulos innumeræ emergunt, aut iudicato aut transactione finiri, finitas verò bona fide, i. est, non vi non dolo, nunquam restaurari, quemadmodum tot iuris locis scriptum est. Et quis erit obsecro litium finis, si ex causa immodicæ læsionis transactionem rescindi concedatur *l. 10. l. 16. C. h. t.* II. Deindè cum transactionum omnium ea natura & conditio sit, vt de re dubia ac incerta fieri debeat *l. 1. ff. h. t.* læsionem verò certam esse oporteat, & quidem contractus tempore præcisè inspecto, vt nouæ constitutioni locus esse possit *d. l. 2. l. 8. C. de resc. vend.* quâ ratione aut quibus medijs rescindi transactio possit, ob solam immodicam læsionem non video. Fieri enim nequit, vt res incerta certam habeat æstimationem *l. 75. de V. O.* aut, vt qui incertum ius remisit aliquo accepto, quod poterat non habere, si iudicij casum & euentum expectasset, læsus videatur *l. 11. C. de transact. l. 17. C. de usur. iunct. l. quod debetur 51. de pecul.* III. Deniq; non minorem esse auctoritatem transactionis, quàm rerum iudicatarum scriptum est in *l. 20. C. h. t. l. vn. C. de err. calc.* Atqui constat sententiam rescindi non posse prætextu quantæcunq; læsionis *l. vlt. & t. t. C. sent. rescin. non poss. l. 56. de re indic. iunct. l. 4. C. eod. l. 2. in f. C. quand. prou. non est nec.* Ergo neq; permittendum est, vt transactio inter maiores facta
hoc

hoc prætextu rescindatur. I V. Adde arg. l. Lucius 78. §. f. ibi: post-
 eā repertis instrumentis apparuit quadruplo amplius hæredi-
 tate fuisse, quæsitum est, an in reliquum fideicommissi nomine con-
 ueniri possit: respondit, si non transactum esset, posse. ff. ad SC.
 Trebell. item arg. l. 19. C. h. t. item l. 2. de iureiur. iunct. l. post. rem. 56.
 de re ind. iunct. l. 5. §. 2. de iniur. item arg. l. 1. h. t. §. d. l. 75. de V. O. l. 2.
 l. 8. C. de resc. vend. item arg. l. 65. §. 1. de cond. indeb. item l. 15. §. 3. de
 re ind. item l. f. C. de plus petit. Et hanc negatiuam etiam transigente
 in quadruplum læso, amplectitur. Geil. 2. obs. 70. n. 6. & seqq. Ant.
 Fab. d. loc. Donel. ad d. l. 2. C. de resc. vendit. Bocer. in repet. l. 4. C. de con-
 dict. indeb. quam reiecit in calcem sui tract. de donat. Conan. 7. com. 9.
 in f. Gothofr. ad d. l. 2. Costal. in l. 65. de cond. indeb. Vesemb. in parat. in
 f. ff. de transact. ¶ Dis. quidam secuti Fabianum de monte, in tract.
 de empt. vend. 8. q. pr. tit. quando lic. ab empt. disc. n. 10. & seqq. vbi di-
 stinguunt inter læsionem modicam siue enormem & enormissimam,
 vt si excessus ultra dimidium sit modicus negatiua: Sin maximus
 affirmatiua procedat opinio Mouentur potissimum I, quia ex læ-
 sione immodica dolus præsumatur l. omnes 17. §. 1. ff. qua in fraud. cred.
 l. 5. ibi. si immodicè lesa es & c. C. de dolo & l. 36. ibi: idem est & c. ff. de V.
 O. iunct. l. 7. de dolo. l. f. C. mand. l. 9. §. 2. de transact. adde l. 1. §. an in pu-
 pillum 15. depof. l. 17. §. p. §. f. de inst. act. Vid. Pinell. ad d. l. 2. p. 1. c. 4. n. 12.
 & seqq. Ves. 1. cons. 31. n. 13. & 2. cons. 70. n. f. & cons. 52. n. 4. & passim. Alij
 indistinctè affirmant quos vide apud Dd. & Fachin. 2. contr. 26. qui &
 ipse dissent. arg. d. l. 2. verbo: Humanum est & c. Et in hanc sententiam
 inclinare videtur. D. Myns. 1. obs. 33. tu conf. eundem 5. obs. 59. n. 8. &
 sent. 1. decad. 6. cons. 56. & Geil. 2. obs. 147. n. 8. & seqq.

F I N I S.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.








ULB Halle

3


003 913 791



Sb.

1077







1607 4

27 / 3



IUM
CARVM
ROVERSI
um

unda
andectarum
: 11031.

A.
s. viro, Dn.

REA CRA-
trissima IVLIA
e Juris Or-

utiendam proponit
ADVS BVR-
hal,
DI
s, Anno 1607.

